Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

Physiologus-Fragment

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

repleuit virginitas paradysum Illa e multe sollici
tudinis ista quietis Illa laboris virginitas e tam
plementum paradisi redemptio viciorum principatus
virtutum. Illa e bonum ista e melius. Jeronimus ad pa
machium tantum e inter nupcias et virginitatem quantum
inter peccare et bene facere, immo vt leuius dicam quantum
inter bonum et melius Illa capitur spinis ista rosis
Jeronimus ad Eustachium etc

Nota secundum naturam quod mulier que concipit masculum le
uior e et promcior ad motum quam ea que concipit femi
et dextrum pede prius mouet Sic spiritualiter quando
aliquis se promptum et leue reputat ad bona opera signum
e quod concepit in corde bona quandam aut e pigrior ad ea
quasi sit grauis vel nudi non e signum boni concepti
No quod consedere (?) mundo periculosum e.

Nota elephas qui non habet iuncturas in cruribus quando
dormit ad quam arborem super cuius ramos caput
inclinans residuum corporis tecto arboris appone
quam considerat venator et notat arborem in qua
consueuit quiescere scindit arborem ita tamen quod arbor
stare videtur et elephas arbori se appendens quam
credit in tegra tamen non sit cadente arbore cadit
elephas et quia non habet iuncturas surgere non valet
Sic multi apponentes se ad arborem aliquam firmam
Sic credunt tamen in veritate sit debile et quia non sunt iun
turas caritatis surgere non possent vita magis e sic
quando licet floreat et sit plana tota tamen deficit
et arescit ideo in ea non e confidendum
No arborem crucis cristi reddit homini securum
No quod peridiex e arbor quedam cuius fructus e sua
uissimus columbe sed draconi e amarus et nocuus
columba etiam quamdiu manet sub ista arbore vel
vmbra non timet draconem quia draco non audet appropinquare
arborem Sic spiritualiter ista arbor e crux cristi cuius
fructus est deus quamdiu homo manet sub umbra istius
arboris premeditatio scilicet crucis e ante draconem in
securum (?) tamen in temptatione Sed homo recurrere ad istam arbo
rem ut possit dulcem fructum huius arboris gustare etc